

1 1/2 Einigkeit von ...  
 2 Jan. ...  
 3 ...  
 4 ...  
 5 ...  
 6 ...  
 7 ...  
 8 ...  
 9 ...  
 10 ...  
 11 ...  
 12 ...  
 13 ...  
 14 ...



Ultimum VALE

*Quo*  
Amorem suum atque Pietatem,  
*Erga*  
VIRUM *Nr. 233*  
*Illustrem ac Generosissimum Dominum*  
DOMINVM

Alexandrum à Schulenburg/

Consiliarium (dum viveret) Provinciale

Magdeburgensem, multò splendidissimum  
Meritissimum,

Dn: in Altenhausen/Bezendorff und Hohenwarfleben etc.  
Hæreditarium,

Dn: Patronum suum, uti, dum in vivis esset,  
Excelsum, ita nunc desideratissimum,

D. 11. Id. Jul. Anno partus salutiferi M DC LXXXI.

Cum ipse ossa, in summo omnium luctu atque  
placû terræ mandarentur,

*contestari voluit*

JOHANNES RAKENIUS,

Ecclesiæ quæ Christo Altenh. & Ivenrod.  
colligitur, Pastor.



SERVESTÆ, Typis JOH. ERN. BEZEL, M DC LXXXIII.



N! quid tristifico jam cernimus omnia luctu  
 Obruta? quæ Templi facies? quid pulpita  
 sacra  
 Moerent: quid lugent veneranda altaria Jovæ?  
 Gaudia nulla sonant, lachrymas habet angu-  
 lus omnis.

In lato veluti campo cum longa cohortes  
 Explicuit legio; tantum quoque cernimus agmen,  
 Qui plangunt, mœstisq; replent loca cuncta querelis,  
 Heu! cecidit toto meritò venerabilis ævo,  
 Heu! cecidit, cecidit jam SCHULENBURGIUS ille,  
 Quem nati natorum & qui nascentur ab illis  
 Tergemino tollent celsum super æthera honore.  
 Cui fuit usq; animus pravâ ferrugine purus,  
 Cujus divinis illustria pectora donis  
 Aurea adornârat Pallas, quem splendida virtus  
 Jam dudum auratis evexit ad astra quadrigis,  
 Qui summis semper summè dilectus & imis,  
 Heu! jacet obscuro jam nunc absconditus antro.  
 Musa mihi causas memora, quæis motus JOVA  
 Insignem pietate Virum, meritisq; paternis  
 Atque fide in patriam dudum super æthera notum,  
 Dignus erat longo Pylii qui Nestoris ævo,  
 Eripuit terris ac funere merfit acerbo.  
 Sic est: Sic diræ furit inclementia mortis.  
 Mistâ senum & juvenum densantur funera, nullum  
 Non manet atra dies: eheu! non aurea virtus,  
 Non pietas sævis Libitinæ ex faucibus ullum  
 Eripuisse valent, rumpunt cum stamina Parcæ.  
 Ingens hinc oritur luctus, planctus gemitusq;.

Heu!

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT

Heu! quàm res misera est, uxor suavissima quando  
 Hæc, humeris focii jam nunc abeuntis inhærens,  
 Cum lachrymis querulo mittit de pectore dicta:  
 Non potes avelli, simul hinc simul ibimus ambo,  
 Te sequar & Tecum jam cœlica regna videbo.  
 Heu! quàm res misera est, cum pignora chara parentum  
 Pectoribus quas sis fundunt hæc ore loquelas:  
 Parcite vos Parcæ, diræ vos parcite Parcæ;  
 Extendunt palmas ad sidera, vosq; sorores  
 Vos, vos, ingrato, crudeles, nomine dicunt,  
 Teq; etiam gemitu luctuq; heu! deflet acerbo,  
 OSCHULENBURGI, conjux Tibi lumine quondam  
 Carior; arboreâ qualis philomela sub umbra  
 Amisos queritur pullos, quos durus arator  
 Observans dulci nido detraxit: at illa  
 In ramis latitans, secum miserabile carmen  
 Integrat, & tragicis latè loca questibus implet.  
 TE SCHULENBURGI quondam proh! MAGNE PA-

TRONE,

Ingenti deflet soboles lectissima planctu.  
 Fœmina Virq; Tuo, pueri quoque funere mœrent,  
 Et mœstis feriunt mœrentia pectora pugnis.  
 Te lugent Urbes, Te Pagi, Tempia scholæque  
 Te veniente die, Te decedente queruntur.  
 Proh dolor! ast tristem præstat compescere luctum.  
 Hæcce terenda via est cunctis: pede pallida pulsât  
 Mors æquo regum turres humilesq; tabernas.  
 Fama VIRI vivet, fundet dum gramina Tellus,  
 Donec in occasum roseo volventur ab ortu  
 Sidera, semper honos ejus laudesq; manebunt,  
 Ante leves etiam pascentur in æthere cervi,  
 Et mare destituet nudos in littore pisces,  
 Quam nostro Illius labatur pectore nomen.  
 SALVE proh! quondam, proh! quondam EXCELSE PA-

TRONE,

Atque VALE nitidam cœli susceptus in Aulam:



)o( ij

Conz

Sonnet.

Es preise wer da will Philippus grossen Sohn /  
Der fast die ganze Welt mit seiner Macht bezwungen/  
Und wie ein schneller Blitz durch Ost und West gedrunge/  
Der als ein Donner-Keil Darius Kron und Thron  
Zerschlug / und dessen Pracht versenckt' in Spott und  
Hohn.


Weit besser ist es dir / Hochseeligster gelungen.  
Du hast mit Höll und Welt / mit Noth und Tod gerungen/  
Und glücklich obgesiegt: Dir hat zum Gnaden-Lohn  
Der Lebens-Fürst geschenckt die theure Himmels-  
Kron/


Von deren Kostbarkeit nur lallen Engel-Zungen:  
Du hast die Sieges-Fahn im Paradies geschwungen.  
Hoch-Edle / die ihr habt so manchen Trauer-Thon  
Dem Seel'gen nachgeschickt / sieht gänzlich ab davon:  
Mit Klagen werden nicht die Siegenden besun-  
gen.

Dem Hochseel. Hn. Land-Rabt seinem  
Weil. grossen Patron wolte hiermit zu  
seiner Himmlichen Seeligkeit Glück wünsch-  
en / und derer Hochleydragenden Küm-  
mernuß zu lindern sich bemühen

M. J. C. Heine / aus Schlesien  
Prediger in Hohenwarfleben.









Lauff.  
Martii referirte Er unterschiedli-  
Er zwey Engel solches Tages zu  
hen/ daher Er sich auch die be-  
ß er



# Ultimum VALE

<sup>Quo</sup>  
Amorem suum atque Pictatem,

<sup>Erga</sup>  
VIRUM N: 233

Illustrem ac Generosissimum Dominum

DOMINVM

## Alexandrum à Schulenburg/

Consiliarium (dum viveret) Provinciale

Magdeburgensem, multò splendidissimum

Meritissimum,

Dn: in Altenhausen/Bezendorff und Hohentwarßleben etc.

Hæreditarium,

Dn: Patronum suum, uti, dum in vivis esset,

Excessum, ita nunc desideratissimum,

D. 111. Id. Jul. Anno partus salutiferi M DC LXXXI.

Cum ipfius ossa, in summo omnium lectu atque  
planctu terræ mandarentur,

conestari voluis

JOHANNES RAKENIUS,

Ecclesiæ quæ Christo Altenh. & Ivenrod.

colligitur, Pastor.



SERVESTÆ, Typis JOH. ERN. BEZEL, M DC LXXXIII.